Prüfung eines lutherischen Kandidaten in Heidelberg 1770.

Von D. Neu,

Heidelberg-Wieblingen.

Kein Land Deutschlands hat so viele Konfessionswechsel zu verzeichnen als die Kurpfalz. 1556 durch Ott Heinrich lutherisch, wurde sie 1562 durch Friedrich III. dem reformierten Bekenntnis zugeführt, um aber schon durch dessen Sohn Ludwig VI. wieder lutherisch zu werden. Nach dessen Tod 1583 wieder reformiert, wurde dem Land nach der unglücklichen Schlacht am Weißen Berg durch die Spanier der Katholizismus aufgezwungen, der aber nach dem Westfälischen Frieden wieder der reformierten Richtung weichen mußte. 1685 starb der letzte evangelische Kurfürst, und die nun folgende katholische Linie brachte den evangelischen Pfälzern schwere Zeiten, trotzdem vor deren Regierungsantritt die ungetrübte Religionsübung zugesichert war. Versuche reformierter Kurfürsten, eine Vereinigung der noch vorhandenen Lutheraner mit den Reformierten herbeizuführen, fanden bei den Untertanen kein Verständnis; erst die katholischen Kurfürsten erteilten den Lutheranern Gleichberechtigung mit den Reformierten, nicht etwa aus Liebe zu ersteren, sondern in der Absicht, die Evangelischen durch die geförderte Zersplitterung zu schwächen. Und das war für die evangelische Sache um so verhängnisvoller, als die französischen Einfälle das Land an den Rand des Abgrundes geführt hatten.

Doch hatten die Lutheraner durch die Duldung der katholischen Kurfürsten 1686 schon 5 Gemeinden, die 1715 auf 45 anwuchsen. 1710 waren im Bezirk Heidelberg 802, im Bezirk Mannheim 745, im Bezirk Ladenburg 729, im Bezirk Weinheim 809, im Bezirk Wiesloch 909, im Bezirk Bretten 959, im Bezirk Sinsheim 756, im Bezirk Mosbach 611 und im Bezirk Boxberg 823, das sind zusammen 7143 Lutheraner.

Geleitet wurde die lutherische Kirche der Kurpfalz von dem lutherischen Konsistorium in Heidelberg. Doch hatten nicht alle Konsistorialräte da ihren Wohnsitz, da auch auswärtige Pfarrer dieses Amt bekleideten.

Das Konsistorium hatte die Leitung der lutherischen Kirche; ihm stand auch die Prüfung und Bestellung der Kandidaten und Besetzung der Pfarreien zu.

Im Generallandesarchiv in Karlsruhe sind noch zahlreiche Akten (Fasc. 7291 ff.) „Die examinierten und ordinierten ev. luth. Kandidaten betr.". Aus ihnen ergibt sich, daß ein Kandidat, ehe ihm die Erlaubnis zum Predigen gegeben wurde, sich zur Prüfung stellen mußte, um aber dann noch einmal geprüft zu werden, ehe er eine Anstellung erhielt. Die Prüfung soll durch zwei, im Verhinderungsfall eines Mitgliedes kann sie auch durch einen Konsistorialrat erfolgen. Auch „Fremdlinge", d. h. Nichtpfälzer „legen eine untertänigst demütigste Bittschrift zu Füßen" des Konsistoriums um Aufnahme in die Pfalz, wenn sie in ihrer Heimat keine Aussicht auf Verwendung haben. Ebenso lassen luth. Ortsherren ihre Pfarrkandidaten in Heidelberg prüfen.

Nicht selten bitten die Kandidaten um Erlaß der Prüfungsgebühren, da weder sie noch die Gemeinde diese aufbringen können. Diese waren auch nicht gering, wie aus einem Verzeichnis zu ersehen ist. Hier heißt es: Designatio der Consistorial Cantzlay Sporteln, welche candidatus Theologiae H. Gg. Michael Schmidt aus Carlsruhe zu zahlen hat:

Vor das Consistorium an H. Consistorialrat Zehner

	Gulden	Kreuzer
für ad examinand.	1	—
dem Cantzlaydiener	—	15
Pro Taxa examinationis	12	—
dem Secretario	—	45
dem Cantzlaydiener	—	30
Pro receptione in Num. Candid.	6	—
Pro inscriptione dem Secretario	—	45
Pro testimonio examinationis		
dem Cantzlaydiener	—	15
vor das testimonium receptionis	1	—
dem Cantzlaydiener	—	15
	23 Gulden	45 Kreuzer

Heidelberg, 23. April 1761.

Nach dem Examen bekam der Geprüfte das Zeugnis; daß er „seine fundamentelle Wissenschaft tam in theologica et polemica quam in lingua hebraica, graeca et latina so rühmlich bewiesen, daß derselbe wohl meritiert in numerum candidatorum Palatinorum recipiert zu werden".

Für einen Kandidaten liegt ein Protokoll über die Prüfung vor, das die Fragen und Antworten nahezu wörtlich wiedergibt, vermutlich weil dieselbe nur von einem Examinator vorgenommen wurde. Da dieses Protokoll ein Licht auf die Anforderungen wirft, die Ende des 18. Jahrhunderts an einen Examinanden gestellt wurden, mag es im Wortlaut folgen:

Praesente: Churpfälzischer Consistorialrat und Pfarrer zu Weinheim, H. Krefter.

Da von einem hochlöblichen Consistorio a latere benanntem Churpfälz. Consistorialrat unter dem 20. Juli a. c. (1770) Commissio erteilt wurde, mit dem Theologie Candidato Stadler das gewöhnliche Examen vorzunehmen und hiernächst ad consilium zu referieren, so wurde zuerst ad generalia geschritten.

Wie er heißt und wie alt er sei:

Jak. Christoph Stadler, seines Alters 27 Jahre.

Wo er gebürtig und wer sein Vater sei?

Er sei aus dem Herzogtum Württemberg gebürtig, zu Altdorf, unweit Tübingen, woselbst sein Vater, der wegen seinem hohen Alter emeritus sei, Pfarrer gewesen.

Wo er studiert habe?

Anfänglich sei er in den niederen Klöstern Denkendorf und Maulbronn gewesen, nachgehendes habe er zu Tübingen 1768 das studium theologicum angefangen und nach dryen Jahren absolviert.

An welchen Orten er sich nachher aufgehalten und was er getrieben?

Seine Zeit habe er teils zu Ludwigsburg, teils zu Tübingen mit Informieren zugebracht.

Ob er glaubhafte Zeugnisse seines Verhaltens aufzeigen könne?

Daß solche erforderlich, sei ihm unbekannt gewesen. Er wolle aber solche beibringen.

Examen speciale.

A reverendissimo Senatu eclesiastico Palatino per decretum Speciale jussus, instituo tecum examen theologicum. In omnes quaestiones tibi daturus, attendas itaque, respondeas in eas decenter, et monstres, quae tua facultas, tum in litteris, tum in Scientiis ipsis sacris. Erit vero de meliori commodo, quando ipse agmen duxeris precibus devotis ad Numen supremum, quod tibi Spiritu et gratia adsit ad liberam confessionem tuorum credendorum et agendorum, fac itaque mea jussa vel latina lingua vel vernacula.

Oravit: Omnipotens pater, a quo omnia etc. (Nicht ausgeführt.)

Quaestio 1: Num datur Deus?

Datur ubique.

2. Proba mihi existentiam Dei.

Clare est Deum esse, et quidem ex contingentia mundi et ex consensu omnium populorum.

3. Non a posteriori, sed a priori peto probationem existentiae Dei.

Id quod possibile et probabile est, esse etiam necessario existit. itaque non impossibile quid Deum existere et nullam habeo rationem credere, eum non esse, etiam eum existere necesse est.

4. Quis est Deus?

Ens perfectissimum.

5. Quaenam sunt proprietates essentiales sive perfectionis?

Aeternitas, immensitas, omnipotentia, misericordia, omnisscientia. Nota: dicta cardinalia pro unaquaque proprietate allegavit copiose.

6. Scriptura sancta loquitur tum de Deo Patre, tum de Deo filio, tum de Deo spiritu sancto. Ergo sunt plures dei?

Scriptura sancta loquitur quidem de patre, de filio et de spiritu sancto non ut Deis, sed ut Deo in uno et distinguit has personas mere propter oeconomiam Divinam. Unus est tandem Deus, quod constat ex Deut. VI. 4: Audi Israel, Deus noster unicus est Dominus, sed quod ille Deus ter sit personis, Testatur 1. Joh. 5: Tres sunt testes in caelo, Pater, Verbum et Spiritus sanctus.

7. Num Deum qui est cognoscere possum?

Possum cognoscere et quidem ex suis operibus.

8. Quomodo haec scientia vocatur?

Theologia.

9. Sed quotuplex est theologia?

Theologia vel spectatur in se, vel quoad modum unde Theologia practica.

10. Quod Modis Deum cognoscere possum?

Cognoscere possum vel naturaliter vel supranaturaliter.

11. Si cognitio naturalis ad salutem sufficiens est, Theologia Supernaturalis superflua atqui peius?

Nego consequentiam.

12. Probatur: Homines testimonio S. S. per opera bona salvantur et ob eorum defectum damnantur aut itaque omnes homines vi liberi arbitrii agere possunt, vel bonum aversari vel malum appetere, sequitur naturaliter eos salvos fieri posse?

Homines quidem per opera bona salvantur et eis deficientibus damnantur, sed eis impossibile est bone agere sine fide in Christum, qui est fundamentum nostrae salutis, uti Paulus ait: Christus est nostra scientia, justitia, sanctitas et redemtio.

13. Dicis Christum esse fundamentum salutis hominum. Cur vero quidam sine Christo salvantur?

Nullus homo absque Christo salvatur testante Paulo: In nullo alio salus, nec ullum nomen etc.

14. Christus venit in mundum quo vocaret pecatores ad pönitentiam et non justos. Ergo tunc temporis, quo Christus venit in mundum, non tantum peccatores sed et justi fuerunt, et patres foederis antiquioris Christo caruerunt. Ergo sine eo salvati sunt. S(equitur) theologia naturalis ad salutem sufficiens est?

Justi quidem homines fuerunt cum Christus in mundum venit, non vero justi ex se, sed per Christum, quem vera fide acceperunt, et

patres vet. test. qui vaticinia Messiae habuerunt salutem consecuti sunt, qui crediderunt in eum, uti ab Abrahamo dicitur: Abraham credit Deo ideo etc.

15. Quodnam est fundamentum religionis revelatae substantiale et doctrinale?

Substantiale est Christus, filius Dei et hominis pro nobis passus, et doctrinale omnes veritates S. Scripturae.

16. Quid sacra scriptura?

Ipse voluntas Dei per Spiritum S. hominibus promulgata pro norma omnium actionum suarum.

17. Num est divina?

Utique est propter originem et efficatiam originem habet a Spiritu S. (2. Petr. 1, 21) et efficit salutem aeternam (Röm. 1).

18. In S. Scr. inveniuntur contradictoria. E(rgo) non est divini originis?

Fortasse contradictoria esse dicunt. Et non sunt.

19. Scriptura commendat fidem in Christum pro medio salutis aeternae. (Joh. 3, 16 et Jak. Apostolus ait Ep. II, 2.) None Abraham pater noster per opera justificatus est?

Fides in Christum est fundamentum salutis, sed fides non est vera, sine bonis operibus est mortua, quae salvare non potest quia vera sanctitas vera sive bona opera fructus fidei vivacis sunt, ex ea ratione etiam ab Abrahamo dicitur, per bona opera justificatum esse, quia bona opera in fide et oboedientia in Deum peregit.

20. Quaenam praecipuae doctrinae S. codicis?

Agit de Deo, de creatione mundi, de lapsu hominum et reconciliatione eorum cum Deo per Christum.

21. Num mundus ab aeterno est?

Non est ab aeterno, nam est variabilis, quod ab ente aeterno cogitari nequit, sed est a Deo in principio creatus. Gen. 1. 1.

22. Quae sund pertinentia mundi?

Coelum, terra cum omnibus creaturis visibilibus et invisibilibus.

23. Quae tua sententia de creaturis invisibilibus?

Sunt spiritus, entia simplicilia, qua tales.

24. Quae creaturae inter visibilia primae?

Homines, quia ad imaginem Dei creati.

25. In quo consistebat vera imago Dei hominibus concreata?

In similitate sive conformitate cum Deo, sapientia, justitia, sanctitate etc.

26. Num homo a Deo creatus in omni Deo erat similis?

Non, nam cum homo ex anima et corpore constat, respectu corporis Deo, qui nullum habet corpus, similis esse haud potuit, ex quo patet, imaginem divinam similitudinem aliquam fuisse mentis.

27. Homo, cui imago divina concreata erat, peccare haud potuit, nam erat per ipsam similitudinem, justus sapiens et sanctus?

Homo possedit quidem per imaginem cum Deo vires, sapienter, juste et sancte vivere, sed cum erat libertate praedictus etiam qua enti finito ei possibile erat leges Dei transgredere et inde labi.

28. Quis lapsus est?

Adam cum posteritate.

29. Posteritas nondum fuit, e(rgo) legem non potuit transgredere e. non labi?

In Adamo omnes homines creati erant, erat caput repraesentativum totius humani generis. Implicite homines ergo in eo peccaverunt i. e. in peccatum Adami consenserunt, e. lapsi sunt.

30. Ex quo hoc constat?

Ex dicto Paulino ad Rom. V, 12, 18. Sicuti per unum hominem venit peccatum in mundum, et sicunti per peccatum unius damnantur omnes, hoc vero fit per imputationem ad quam consensus implicitus et explicitus requisitus.

31. Quid secutus est transgressionem legis?

Poena, consistebat in morte, tam naturali, tam spirituali, tam aeterna. Röm. VI, 23.

32. Num Deus homini legem sanctam transgresso, quem ex hac causa reprobavit, misericordiam suam manifestat?

In filio suo unigenito praedestinavit eum ad salutem.

33. Ubi exstat protevangelium de Messia sive sotere?

Gen. III, 15.

34. Vaticinatus est Messias?

Vaticinatus est quod minimas circumstantias secundum personam et officium suum mediatorium.

35. In Quo tempore Messias erat venturus?

Tunc temporis, quando sceptrum a Judaeis ablatum esset secundum vaticinium Jakobi Patriarchae Gen. XLIX, 10.

36. Quid significat שֵׁבֶט?

Significat virgam, castigationem, sceptrum et potestatem majesteticam. In hoc dicto habet ultimam significatum,

37. Qui sensus itaque huius effati?

In adventu Schilonis s. Massiae sceptrum s. potestas plenaria in populos sumpta erit a Juda. Cum itaque tempore nativitatis Christi Judaei quidem habuerunt regem, sed sub potestate plenaria Romanorum erant, hoc vaticinium impletum est.

38. Cum de rege in Juda sermo est, quaeritur ex historia V. T. qui primus Rex Judaeorum, quomodo regimentum dividebatur, quando et cum quo illud desiit?

Primus Rex Judaeorum a Deo electus erat Saul, eum secutus est David, et hunc Salomo. Post mortem Salomonis regnum dividebatur

in Juda et Israel. Rehabeam in Juda et Jerobeam in Israel factus est. Ultimus Rex in Juda erat, Zedekia, filius Josias, qui in captitatem Babylonicam translatus regimentum finivit. Hoc tempore Judaei per praefectos et principes tantum regebantur.

39. Quis Christus?

Est filius Dei unigenitus, noster redemptor.

40. Alii dicunt: Christum esse verum Deum, alii tantum verum hominem?

Christus non tantum est verus Deus sed et verus homo simul. possedit duas naturas, humanam et divinam somatikos.

41. Qualis sententia hinc orta?

Inter Eutychen et Nestorium, nam Eutyches statuebat unam naturam et Nestorius duas personas, unde Nestorius in concilio Ephesino Öcum. et Eutyches in Chalcedonensi condamnabatur.

42. Quis primo divinitatem filii Dei negavit?

Arius episcopus Yprensis in Concilio Nicaeno damnatus, eius errorem Sociniani renovaverunt.

43. Sed ex quo constat Christum esse verum Deum?

Vocatur ita in sacris litteris et quidem filius Dei. Luc. 1. ipse Deus benedictus et verax ad Rom. IX et Joh. V. 20.

44. Qui vero caret proprietatibus Dei essentialibus vere is non est verus Deus?

Primo qui caret proprietatibus Dei essentialibus vere, is non est verus Deus, concedo, sed tunc nego quando ex libero arbitrio caret. Nam princeps gaudet poenitentia etiam tunc temporis quo non usurpat, secundo negatur minor.

Examinator: Probatur: Christus dicit, se nescire quando judicium extremum habiturum fuerit, ergo non est omnisciens. Matth. 24, 36?

Christus qua homo in statu exinanitionis non usurpavit semper idiomata divina humanae naturae per unctionem tradita, sed tamen possedit, uti Petrus hac de proprietate asserit, Domine scis omnia, et haec, quod te amem.

45. In Quo consistebat proprium officium Christi?

Quod se pro hominum peccatis Deo Judici irato sacrificaverit, Per oboedientiam activam et passivam satisfecit pro nobis.

46. In Quem finem?

Ut nos salvemur.

47. Quomodo nos salvamur?

Per fidem in Christum. Joh. III. 16.

48. Quid est vera fides?

Vera fiducia et appropriatio meriti ipsius, nam meritum Christi nobis imputatur. Röm. V.

49. Quae fides supponit?

Cognitionem peccatorum et contritionem veram cordis, quae verbo legis aequiruntur.

50. Quae vera fides?

Fides bonis operibus impleta.

51. Quid sperant homines in Christum credentes?

Vitam aeternam, fidelibus pollicitam.

52. Quem finem infideles consequuntur?

Moriuntur in morte aeterna. Matth. XXV. 41.

53. Et qua duratione poenae infernales sunt?

Sunt aeternae. Marc. IX. 44.

54. Quid hermeneutica sacra?

Est scientia quae tradit regulas ad explicationem genuinam S. S.

55. Quod praecipuum requisitum interpretus est?

Ut de veritate et divinitate sacrae Scripturae convictus sit et doctrinis credat.

56. Quot modis orationem sacram elaborare possum?

Vel analytice vel synthetice.

57. Quomodo fit analytice?

Si textum explices secundum verba et sensum et veritates proponas, quae in textu plane latent.

58. Quomodo synthetice?

Si ex doctrinis in textu propostis traho consequentia.

59. Ex quo constat Thema?

Ex propositione et partibus.

60. Quotuplex est propositio?

Est vel simplex vel composita.

61. Quando composita?

Si propositio subjectum habet praedicata Exam. Von der Auferstehung Jesu Christi?

Antw.: Die Auferstehung Jesu Christi eine gewisse tröstliche Lehre.

62. Peto propositionem analyticam ex dicto Johanneo Joh. xvii, 3.

Die Erkenntnis Gottes und Christi als der Grund ewigen Lebens.

Exam.: Propositiones syntheticas ex eodem effato.

1. Von der Wirklichkeit Gottes. 2. Von der Möglichkeit, Gott zu erkennen. 3. Vom ewigen Leben. 4. Von der Gesandtschaft Jesu Christi durch Gott, seinen Vater. 5. Die Erkenntnis Gottes und Christi unzertrennlich voneinander.

Post haec finivit precibus.